



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 36. Sidonius Episcopus Claromontanus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

Sæculum V.
A. C. 476.

§. XXXVI.

Sidonius Episcopus Claromontanus.

*Sidon. VII.
epist. VI. ad
Basil. Greg.
Tur. II. hist.
c. 23.*

Evaricus Rex Gothorum in Hispania, Regni sui finibus in Gallias, quantum poterat, prolatis, cum Arianæ Hæresi adiectissimus esset, Religionem Catholicam perditam volebat. Mortuis Episcopis alios sufficere prohibebat, aliquos eiecit in Exilium; itaque Burdigalæ, Petrocorii, Rutenæ, Limosii, Lodæ, Vasatis, Convennis, Augustæ Auscorum, non erat Episcopus, quibus deficientibus, nulli Presbyteri, nulli Clerici minores ordinabantur. Populi, Pastoribus destituti, de Salute desperabant. Collabebantur Ecclesiæ, tecta consumebantur, portis etiam apertis, tamen altissimi sentes ingressum prohibebant. In Ecclesiarum Vestibulis pecus recubabat, & herbam circa altaria excrecentem comedebat. Catholicorum Conventus non ruri modo, sed & in Ecclesiis Civitatum rari. Ita de his Sidonius, qui calamitatem præsens conspicebat.

*vita Sidon.
per Sirm.* Is ex primis stirpibus genus ducebat in Galliis, ubi Parens ejus, & Avus Prætorio Præfecti imperaverant. Lugduni natus, adolescens optimis Litterarum, Scientiarumque Magistris traditus est. Nemo ipso illa ætate in arte poetica, & Eloquentia præstantior ferebatur. Anthemius

themius Imperator eum Romæ præfecit, Sæculum V.
A.C. 476.
& Patricium creavit. Duxit Papiam
lam, Imperatoris Aviti filiam, ex quo Ma-
trimonio filium, cui nomen Apollinaris,
& duas filias Rosciam, & Severianam
suscepit. Defuncto Eparchio, Episcopo VI. epist. 1.
& ibi Sirm.
Greg. Tur.
II. hist. c. 22.
Claromontano in Arvernia, Sidonius, ad-
huc Laicus circa annum 472. ad Sedem
Vacantem invitus eligitur. In eo cha-
ritas erga pauperes maxime enituit; jam-
que ante susceptum Episcopatum saepe
clam Coniuge sua surrepta vasa argen-
tea inter pauperes distribuebat. Mul-
tis quoque laudibus extollitur Charitas
affinis ejus Ecdicii, Imperatoris Aviti, fi-
lii. Burgundionum Regnum tunc dira c. 24.
fames vexabat; postquam Gothi Provin-
ciam vastassent, & segetes incendissent,
dispersis in diversa populis, nemo erat,
qui eleemosynam indigentibus præberet.
Tunc Ecdicius in illius vicinæ urbes fa-
mulos suos cum equis & vehiculis mit-
tit, qui pauperes ad se adducerent. Ita
ultra quater mille utriusque Sexus homi-
nes, in Domos suas susceptos, toto steri-
litate tempore enutrivit. Ubi abundan-
tia rediit, suppeditatis vehiculis, quos-
que ad sua revehi iussit.

§. XXXVII.

S. Patiens, Episcopus Lugdunensis.

Sancti Patientis, Episcopi Lugdunensis, Sidon. VI.
eodem ep. 12.